

Capitulum VIII

Taberna Rōmāna

Haec est taberna.



Haec quoque taberna est.

Quid est?



Hic vir est tabernārius.

Quī tabernam habet est tabernārius.

Quis est?

Quid habet tabernārius?

Ubi est tabernārius?

Nōmen tabernāriī est “Albīnus”.



Quis est Albīnus?



Quid est nōmen tabernāriī?



Hic puer mālum emit.

Puer pecūniam tabernāriae dat et mālum accipit.

Tabernāria mālum vendit.

Tabernāria mālum dat et pecūniam accipit.

**Tabernāria mālum vendit
et puer mālum emit.**

Vendere ← → Emere

“Vendere” et “emere” contrāriī sunt.

Quis mālum emit?

Quis mālum vendit?

Tabernārius venditne an emit?

Tabernārius vendit et pecūniam accipit.

Haec fēmina est Lȳdia.

Quis est cum Lȳdiā?

Quis est Mēdus?

Mēdus nōn iam servus Iūliī est!

Quae fēmina est?

Mēdus et Lydia Rōmae ambulant.

Quī Rōmae ambulant?

Quī cāsus est ‘Rōmae’?

Ubi ambulant Mēdus et Lydia?

Haec est gemma.

Haec quoque est gemma.

Hae sunt duae gemmae.

Hic est ānulus cum gemmā.

Ecce duo ānulī: ūnus cum gemmā et ūnus sine gemmā.

Sunt duo ānulī: ūnus cum gemmā et ūnus sine gemmā.

Estne ānulus cum gemmā aut sine gemmā?

Quid est?

Haec nōn gemma, sed margarīta est.

margarīta

Margarīta quoque pulchra est!

Gemmae et margarītae pulchrae sunt!

gemma

margarīta

Haec est līnea.

Haec est līnea cum margarītīs.

Est līnea margarītārum.

līnea cum margarītīs =
līnea margarītārum

Haec līnea est sine margarītīs!

Estne pulchra līnea sine margarītīs?

Quae sunt?

Quae sunt?

Quae sunt?

Līnea cum margarītīs est ōrnāmentum.

Līnea sine margarītīs ōrnāmentum nōn est.

Multa ōrnāmenta Rōmāna adsunt!

Quae fēmina est?



Estne foeda Aemilia?



Ecce collum Aemiliae!



Quid est in collō?



Ubi est līnea cum margarītīs?



Aemilia habet līneam cum margarītīs in collō et ānulum in digitō.



Ubi sunt margarītae?



Unus digitus est.

Quōt digitī sunt?

Ecce digitus secundus.



Ecce digitus tertius.



Ecce digitus quārtus.

Quī digitus est?



Digitus vacuus est.

Suntne ānulī in digitīs?

Ubi est ānulus Aemiliae?



Habetne magnam pecūniam?

Quī magnam pecūniam habet est pecūniōsus.

pecūniōsus = magnam pecūniam habet

Cūr pecūniōsus est?

Esne tū pecūniōsus aut pecūniōsa?

Estne Mēdus pecūniōsus?



Lectio II

Ecce ūnus sēstertius.

Sēstertius est nummus Rōmānus.

Sēstertius est pecūnia Rōmāna.

Quid est sēstertius?

Quis est in hōc sēstertiō?

Est imperātor Antonīnus Pius!

sēstertius : nummus :: penny : coin

Albīnus clāmat: "Ōrnāmenta!"



Quis clāmat?

Quid clāmat Albīnus?

Ubi est Albīnus?

Mēdus et Lȳdia in viā Rōmae ambulant.

Ubi ambulant Lȳdia et Mēdus?

Mēdus et Lȳdia apud tabernam cōnsistunt.

CŌNSISTITE!

Ubi cōnsistunt?

CŌNSISTITE!

Quid faciunt Mēdus et Lȳdia apud tabernam?

CŌNSISTITE!

Lȳdia tabernam Albīnī digitō mōnstrat.

Quid Lȳdia digitō mōnstrat.

Quomodo Lȳdia tabernam mōnstrat?

Cuius tabernam Lȳdia digitō mōnstrat?

Mēdus et Lȳdia ad tabernam adeunt.



Mēdus et Lȳdia ad tabernam *ad + eunt*.



Quō adeunt Mēdus et Lȳdia?



Albīnus Lydiae et Mēdō ōrnamenta ostendit.



Quis ōrnamenta ostendit?



Quibus ōrnamenta ostendit?



Albīnus Lydiae et Mēdō ōrnamenta ostendit.

Quī cāsus est "Lydiae"?

Albīnus Lydiae et Mēdō ōrnamenta ostendit.

Quī cāsus est "Mēdō"?

Lȳdia ānulum cum gemmā videt.

ānulus cum gemmā = ānulus gemmātus

Quid videt Lydia?

Pretium ānulī gemmātī est centum [C] sēstertiī.

Quid est pretium ānulī?

Quantus cōnstat ānulus?

Hic ānulus quoque cōnstat centum sēstertiīs.

Pretium huius ānulī tantum est quantum illīus.

$ = $

Lectiō Tertia

Ecce manus Lydiae!



Omnēs quinque digitī nōmina habent.



Quot digitī sunt in manū?

digitus
‘index’

pollex



digitus quīntus
aut ‘minulus’

Quōmodo dīcitur hic digitus?



pollex

digitus quīntus
aut ‘minulus’

Et quōmodo dīcitur hic digitus?

digitus
‘index’



digitus quīntus
aut ‘minulus’

In manū Lȳdiae, nūllī sunt ānulī.

Quot ānulī sunt in manū Lȳdiae?

Lȳdia ānulum vult.



Ānulus quem Lȳdia vult centum sēstertiīs cōnstat.



Pretium ānulī quem Lȳdia vult est centum sestertiī.



Hic ānulus cōnstat centum sestertiī.



Mēdus hunc ānulum Lӯdiae dat.

Quem ānulum Mēdus Lȳdiae dat?

Mēdus Lȳdiae dat *hunc ānulum*.

Mēdus ānulum in digitō Lȳdiae pōnit.

In quō digitō pōnit? Nōn in illō digitō, sed in hōc digitō!

In quō digitō pōnit?

Lȳdia ānulum in digitō spectat et laeta est...

In quō digitō est ānulus?

Estne Lȳdia laeta? Cūr ea laeta est?

Habesne tū ānulōs in digitīs tuīs?

Nunc, Mēdus et Lȳdia nōn ad tabernam adeunt, sed ā tabernā abeunt.

Lȳdia et Mēdus a tabernā ad Ōstiam eunt.



Quō eunt Lȳdia et Mēdus? Unde veniunt?